

est mutua compensatio. l. hæredi. in fin. de his quib. vt indig. seu vt Bald. ait, correlatiuus respectus. d. l. filium. col. iij. & æquitas Nelsenij sufficit exceptioni vt imputetur, nõ vt quod semel imputatum est, resoluatur. d. l. acceptis. Et ex eo responso infert Bart. d. l. si à me. & l. equitur. §. item Labeo. in fin. de 16 vñcip. ad q̄stionē emphyteute, \* qui rē inconstituto domino alienatam recuperauit. nam nõ ideo euitat penam, cum non amplius rem habeat tanquam emphyteuta, sed tanquam quilibet emptor. l. j. §. si rem. depo. l. equitur. §. item Labeo. de vñc. vbi Bart. Sed quid si recuperasset ex pacto luendi, quod in alienatione adiectione fuisse? Et responsum extat, tunc vide ri ex prima causa rem haberit: ideoq; in commissum non cecidisse. Bal. l. ab emptione. de pact. Dec. consil. lxxxvij. col. ij. Sed huic sententiæ responsum Metiani aduertatur. In eo enim res ex speciali testatoris prouisione ad hæredem reuertitur, & tamen ad primam causam non redit, nec hereditaria censetur, Multo minus supra scripto casu id dicendum est, in quo subest alienantis delictum, quod non nisi consensu domini diluit, aut emendari potest. c. j. quid iuris si post alie. in vñc. feud. qua de re nos alibi plura. l. si insulā. de ver. obl. Sed quid si Falcid. hæc secundum voluntatem testatoris detrahatur: vt quia iussit legata solui, deducta quarta hereditatis? Et hoc quoque casu locū esse dicte æquitate Alex. consil. l. Titia. vbi Alex. in prin. §. eod. Ego subsisto, quia mens testatoris, que fomes est, & origo huius æquitatis, cessat. Vult enim, vt deducatur quarta hereditatis: & sic eius qd titulo hereditario remanet, non quod iure legati, aut simili percipitur. quod Dyn. ibi expressè sentit, qui ei legi locum esse scribit, etiam si secunda & Sempronia, non solum fideicommissariae, sed etiam cohæredes fuissent. Sed quid est, quod ait ibi iurisconsultus, cæteris legatarijs non vniuersum, quod cohæredi præstat, imputari, sed quantum daturus esset, si nihil ab eo perciperet: d. l. Nelsenius. vers. plane. Et aiunt Doct. id significari, vt non imputetur cæteris vniuersum prælegatum: cum adeo magnum esse posset, vt toti Falcidiæ sufficeret, si que adeo legatarijs prodesset. Sed eatenus solū imputatur, vt pro rata sua satisfecisse cohæres videatur relatiuè ad cæteris exigèdo. Verba ergo illa, quod cohæredi præstat, accipiuntur, id est, quod erga cohæredem facit, & dum subiicitur, quantum daturus, subaudi cæteris legatarijs. Prodest ergo quod solutum est ipsi cohæredi soluenti, nec ideo legatarios grauat. tamen si aliàs legata que Falcidia

17 cidia non subiiciuntur, quia æris alieni loco sunt. l. si feruus. l. æris. §. eod. etiam ad damnum legatarioꝝ pertinere, cum tantò minus ipsi capiant. Bart. authen. similiter. C. eod. Alij tamen cum Accur. illa verba, quantum daturus, intelligunt, cohæredi, retēta de eius legato Falcidia, vt Picus hic declarat, & probabile est: si que illa verba, quod cohæredi præstat, planiora erūt. \* Enimuerò quauis lex nostra simpliciter dicat, in Falcidiā id solum imputari, quod iure hereditario capitur: tamē in pecunia hoc simpliciter non procedit, quia pecunia tota ei imputatur, cum hæres à seipso iustus esse deducere. d. l. deducta. §. nummis. cum enim totam de parte sua capiat, censetur hæc tota esse hereditaria. d. l. cum pater. in prin. de lega. ij. merito vtrique Falcidiā imputatur. Quod ergo si alius cohæres illi dare iustus est: & videretur totum de suo dare iustum. argu. l. si fundum. §. si libertus. de lega. j. vt sicut iustus accipere, totum de suo accipit, ita & iustus dare, totum de suo det. argu. l. si in fi. de leg. ij. quod sentire videtur Imol. Merito ita que tanquam nulla pars in ea sit accipienti hereditaria, nihil imputandum, est, non magis quam si propriam pecuniam, & quæ nunquam testatoris fuisset, dare damnaretur. nec enim talis imputatur, cum iure duntaxat legati percipiatur. l. lex Falcidia si interueniat. §. nunquam. §. eo. Sed tamen Barto. sentit oppositum: vt quoties à cohærede pecunia hereditaria legata est, intelligo autem quibuslibetque verbis fit legata, pars censetur iure hereditario capi, ideoque imputetur. l. id autem. §. eo. quod intelligendum, si testator dixerit, de pecunia hereditaria velle solui, quod si simpliciter pecuniam legauit, verior videtur alia opinio, vt nihil imputetur, tanquam de suo tantum dederit. Sanè casu quo pecunia tanquam hereditaria imputatur, dubium non est, id soli cohæredi non proficere, sed etiam legatarijs: quia hoc casu non ex Nelsenij æquitate. d. vers. plane. sed communi regula fit imputatio. d. l. id autem. ij. responso. Bar. hic oppo. v. Superest alia difficultas extricanda. Lex nostra ait, hereditariam portionem prælegatorum Falcidiæ imputari. At alibi, cum testator iussisset deducta quarta hereditatem restitui, dicitur non hereditariam portionem, sed eius quartam partem, quæ xij. est, legati imputandam. l. Titia. §. eo. respondet Dy. Oldra. veteres imputari duntaxat xij. quia eo casu secundum voluntatem testatoris, Falcidia deducitur. Vnde magis ea voluntas adiudicanda est, quæ legi cõcordat, quam quæ ei aduersatur. l. si patronum. §. si ex bonis. de

bo. liber. l. in quantitate. vbi Castr. s. eo. Sed hoc ego fragile ar.  
bitror, nec sufficientes, vt ad regula legis nostrae recedamus. l. in  
rebus. de constit. princ. Adde quod secundum hanc rationem  
18 dixerit aliquis; hodie hanc legem correctam esse, \* cum hodie  
contra voluntatem testatoris Falcidia non deducatur. vt qui  
possit, si velit, eam prohibere. auth. sed cum testator. C. eo. &  
non prohibendo, videatur tacite permittere. l. nec non. §. j. ex  
quib. cau. maio. Ana. consil. lxxvj. Curt. lxxvj. Dec. cclvj. Barba.  
ca. Rinaldus. de testa. nisi respondeas, quod aliquo modo  
adhuc contra voluntatem deducitur. d. c. Rinaldus. in fi. cum  
testator non nisi expresse cau. possit prohibere. l. si sponfus. §.  
fi. de dona. inter vi. glo. si. in d. c. Rinaldus. Ancha. consil. j. qua  
de re alibi. Bar. ex vi verborum oriri differentiam existimauit.  
cum enim scriptum esset, vt deducta quarta hereditatem resti  
tueret, & portio hereditaria praelegati pars sit hereditatis d.  
l. in fideicommissaria. §. j. tit. ij. apparet id voluisse testatorē,  
vt eius portionis duntaxat quarta imputaretur, aliter que rem  
expresisse, quam tacite inesset. Bar. l. iij. de leg. j. nu. v. quam  
19 interpretationem ego probo. Hincque consequens est, \* vt si  
quis haeres vniuersalis sit, idemque praelegatum habeat, si que  
grauatus, vt deducta quarta restituat, totum legatum imputet.  
quia cum a se sibi legari non potuerit. l. legatum. §. de leg. j.  
praelegatum illud solummodo portio hereditatis est, totumque iu  
re hereditario capitur. quod aduersus Matthes. Faliqui hic do  
cent. Rursus consequens est, vt quando praelegata in restitutio  
ne fideicommissi veniunt, non sit locus supra scriptae legi. quod  
Ang. Imol. Paul. Alexan. nu. iij. ibi tradunt, quia dum haeres  
quantam habeat, nihil sua interest, per imputationem praelega  
ti, an per detractio nem consequatur. Addit Raph. non proce  
dere, cum cohæredes grauati sunt fundum hereditarium ei  
dare. censetur enim pro portionibus hereditarijs grauati. d.  
l. si fundum. §. si libertus. vt merito portio ipsius qui detracta  
quarta hereditatem restituere debet, non possit videri fundi  
legato comprehensa. tota ergo Falcidia imputabitur, cum in  
restitutione contineatur. Alexā. d. l. Titia. in fi. nu. ix. Cui sen  
tentia consequens est, quod censuit Ang. ei legi locum non  
esse, cum non de praelegatis tractatur, sed de his quæ condi  
tionis implende causa praesentantur. siue quia & hoc de manu  
coheredis, non autē a seipso accipitur. d. §. si libertus. siue quia  
quomvis praedium sit hereditarium, tamen hoc casu non iure  
hereditario, sed per mortis causa capionem accipitur. d. l. id  
autem

autem. s. eo. Sed tamen Alex. nu. x. hic in diuersam sententiam  
transiit. Ego non hanc tantum, sed & Raph. opinionem ambi  
quam puto. quia vbiuscunque verbis testator vtatur, semper  
tertia illa pars iure hereditario habetur, cum a se sibi legari,  
vel causa conditionis implende dari nequeerit: & ideo sem  
per subest illa ratio, quod verba illa, deducta quarta, intelli  
gantur eius quod iure hereditario habet.

c SED in fideicommissaria.) Quæcunque ergo ex testa  
20 mento capiuntur, in Trebellianicam imputantur, siue iure le  
gati, aut fideicommissi, siue conditionis implende causa acci  
pianitur. vnde apparet quicquid Falcidia imputatur, & in hac  
imputari, non contra. Excipitur hic, quoties praelegatum est  
corpus hereditarium. quia tunc portio duntaxat hereditaria  
imputatur. hocque casu nihil differt Falcidia à Trebelliani  
ca. Cur verò non totum praelegatum imputetur, supra rationē  
Doctorem explicauim. in princ. vers. subijci iurisconsultus. Ve  
rùm fuerunt quibus ea ratio non placeret, ideoque ipsi totum  
praelegatum Trebellianicæ imputandum existimarunt, exce  
pto si praelegatum sit in corpore hereditario accipiendo, ex  
parte cohæredis: id enim extra quartam est: quia grauatus re  
stituere suam portionem, non tenetur id restituere, quod ex  
legati causa de portione alterius accepit. l. si Titius ex parte.  
§. de leg. iij. & sicut non restituat, ita nec imputat, & mens testa  
toris cohæredem in parte sua tantum grauantis, hoc suadet.  
Sed hunc intellectum ego probare non possum. quia quauis  
non restituatur, non tamen sequitur quia debuerit imputari.  
d. l. Titia. l. qui heredi. §. j. de cond. & demon. vbi Bar. j. opp.  
& si ad mentem testatoris attendamus, non fuit diuerso iure  
censendum legatum: quia pars a seipso, pars a cohære de acci  
peretur. l. eum qui. §. final. de his quib. vt indig. vnde appa  
ret ad iuris dispositionem potius respectum fuisse. d. l. si  
filiū quem. in fin. vt omitam, non conuenire hunc intelle  
ctum aduersatiue in text. positae. Bartol. d. l. mariti. §. final. de  
21 adulteri. Rursus \* excipitur id quod quis non ex testamento ca  
pit, hoc enim non imputatur. d. l. pater filiam. l. debitor. in fin.  
ad Treb. quod §. declarauim. ostenditque quemadmodū & feu  
dalia, & emphyteotica iura non imputantur. qua ratione & lu  
crum dotis, aut nuptialis donationis ex pacto, vel lege municipi  
pali superfluit delatum, non imputatur, quia extra causam hæ  
reditariam est. quod Cor. respondit consil. liij. lib. iij. Sic & lu  
crum quod filius matre ad secunda vota transfente autorita  
te legis



re legis facit. l. hac edictali. C. de secum. nup. in rationem Trebellianicæ non venit. quod aliqui hic tradiderunt. Sed & quoties quid causa conditionis implenda datur, non est apud gratum remanens. ait Bar. non imputari. l. acceptis. j. eo. Etenim idem est, siue quid datum non sit, siue non remaneat. l. nõ quocumque. in princ. de leg. j. l. ij. §. illud. ij. de hered. & act. vend. \* Vt enim quid imputetur Falcidiæ, oportet tempore imputationis faciendæ, constare rem hæredis irrevocabiliter esse. ante ergo quam cõfiter, non imputabit, nec mora legi fiet, quid si deinde confiterit, vt quia legatarius ante conditionis eventum decederit. si pecunia. §. j. de leg. ij. tunc imputabitur, & eatenus fiet restitutio. A principio ergo cautioe opus erit. l. in quantitate. §. magna. §. eo. vt Dy. Paul. Alex. censuerunt. quæ sententia in legato & fideicommissarium vtrunque præbabilis est. \* Quod si ex casu inutile reddatur, hæredi remanet, & pars hæreditatis est. l. non est dubium. l. sequenti. §. eo. In eo vero, quod causa conditionis adimplenda hæres accipit, dubia videtur, quia lex simpliciter dicit illi non imputari, sed Falcidiam solum fideicommissarium pati. d. l. acceptis. Et quia testator subendo eam partem alteri dari, satis ostendit non esse hæredi datum, cuiusdam compensationis vice. d. l. hæredi. in fide. his quib. vt indig. quæ ratio est imputationis, vt §. dixi. Bal. d. l. solum quem. col. iij. Cæterum & supra scripta procedunt, cum Trebellianica hæc, non secundum voluntatẽ expressam testatoris deducitur, quod si ipsemet iusserit, deducta quarta restitui, nõ tota hæreditaria portio, sed quarta duntaxat imputabit. d. l. Titia. §. eo. §. nu. xvij. ver. superest. latius disputari. Sanè fuisse aliqui, qui in filiis hoc specialiter inductum crederent, vt Trebellianicam non nisi in rebus hæditiarijs computare tenerent. l. iubemus. C. ad Treb. glo. in verbo, percepti. ad fi. Bal. d. l. solum quem. Imol. hic idque ex lege Iustiniani, quæ fructus interim perceptos imputari non patitur. Sed Iaco. Bar. in vj. oppo. nu. iij. cæteri contrarium sentiunt. nec enim specialia sunt extendenda. l. quod verò. §. de legi. & lex illa de fructibus principaliter loquitur, & licet subiciat in rebus hæditiarijs retineri quartam: non generaliter omni casu, sed secundum regulam intelligenda est. Satis enim est legislatorẽ secundum regulam loqui, nec debuit ibi impertinenter omnes quoque limitationes referre. glo. l. omnis diffinitio. de reguliur. cum semper verba ad habilitatem referantur. l. qui testamento. de testa. c. j. de ata. & qual. in vj. Sed

quid

quid si idem hæres, & legatis & fideicommissio vniuersali est grauatæ; & Bar. respectu Trebellianicæ imputari quæcumque iudicio testatoris accipiuntur, existimat, idque secundum regulam nostram, non tamen id prodesse legatarijs, quin hæres ab eis quoque Falcidiam auferat. nec tamen nocere, vt pro fideicommissio augeatur eis Falcidia. argu. d. l. Nefennius. ver. planè. quod respectu hæredis certum est, inter ipsos verò legatarios, atque fideicommissarium faciendæ videtur contributio, iuxta Celsi regulam, & Marcelli limitationem. l. qui quadringenta. l. Marcellus. j. ad Treb.

SI QUID vero implenda. Hic versiculus ad computationem Falcidiæ pertinet, vnde querunt Doct. quomodo faciatur, & an Falcidia in vna re deduci possit. Et cõcludunt nõ posse. l. ij. C. eo. quia lex Falcidia, ipso iure omnia legata rescindat, & omnibus pro indiuiso suam partem auferat. l. Plautius. l. lineam. §. eo. d. & cum dominium legati illico in legatariũ transferat. l. Titio. de fur. non potest partem alienam hæres sibi imputare, quod adeo verum est, vt hoc casu etiam alienata per ipsum non imputetur, quia alienatio est nulla, tanquam de re legatarij. quæ sententia in legatis puris, quæ diuersis relicta sint, certa est: nec enim alius pro alio soluere tenetur. Maior est hæsitatio, quid si eadem personæ plura legata facta sint? & Dy. Cy. Nicola. censuerunt, tunc in vna re Falcidiam retineri posse. arg. l. si pupillus. §. si §. eo. vbi Doct. Sed alij cõtra. subest enim semper illa ratio, quod ipso iure legata rescantur. & inuito domino hæres retinere, aut alienatione sua transferre rem legatam non potest. Descenditur tamen prior sententia tribus casibus. Primus, quando aliqua legata specialiter ratione extra legis Falcidiæ rationem sunt. l. cum quo. §. penult. sed si non seruus. §. si solus. l. si fundus mihi. §. eo. d. Alter, cum vtrunque legatum pro vno habetur, vt quia legatus est seruus, & eidem seruo legata pecunia. Respectu enim domini vnus est legatum, cum seruus preciosior ob pecuniæ legatum effectus sit. l. planè. §. eo. l. sed duobus. de leg. ij. Tertius, cum legatarij pro legatis iam receptis, Falcidiam hæredi soluere detractat, tunc enim hæredi succurritur exceptione doli, vt retinere, quod nondum soluit, possit. l. si pluribus. §. eo. Quod tamen hodie non pro cederet, si hæres sciens supra do drantem legata esse, nihilominus integrè soluiisset. authen. sed cum testator. ver. sic. item si hæres quedam. C. eo. Quod in Falcidia dictum est, in Trebellianica quoque procedit, Nam nec ipsa in vna re duntaxat

trahi potest. d. l. ij. debetur enim quarta ex qualibet re. l. Plautius. l. lineam. §. eod. Non potest ergo hæres inuitis fideicommissarijs eligere quam rem pro quarta velit: sed ad iudicis officium pertinet arbitrari, quomodo sit accipienda. l. ad officium. C. com. diui. Qui quandoq; etiã in vna re iubebit de trahi, si cõmoda diuisio fieri nequeat. d. §. si solus. vt quia de indiuisibili agatur. l. lege Falc. interueniente. §. eo. Vel aliã diminueretur nimis vtilitas, si de singulis rebus fieret detractio. l. ij. C. quãdo & quib. quartal. b. x. Vel aliqua ratione æquum iudici videatur, in certa re potius hæredi consilium, vt quia eam ipse diligentia sua meliorem cultioremq; effectissit. l. fin. C. de alluuiõ. l. quicunq;. vbi Barto. C. de omni agr. lib. xj. c. si. de pec. de. Vel quælibet alia causa eius animum moueret. §. si. Inst. de offic. iud. Sanè uolentibus fideicommissarijs, non est dubiũ posse hæredem absque controuersa in vna re sibi quartam deligere. l. potest. §. de leg. j. Quid enim aliud curat prætor, quã vt cõcordia inter focios agatur. l. j. §. & post. de op. no. nun. Idemq; si testator hanc facultatem hæredi concesserit, vt arbitrato suo rem eligat, quam pro quarta retineat. §. disponat. auth. de nup. quod intelligunt Doctõ. procedere, etiam si tacite hoc sensisse videatur, vt quia uiuens hæredi rem aliquam in peculium dederit. d. l. filium quem. secundum vnum intellectum, tanquam moriens quoq; uoluerit illi præcipuum esse, & in quartam imputari. l. pe. de alim. & cib. leg. Quæ sententia magis auctoritate Doctõrum, quã uerbis legis defenditur. d. l. filium quem. quæ simpliciter, filium inquit fundum. &c. Cur non potius ex legato uendicationis: quod vt Causa ait, his uerbis concipiebatur,

17 fili talem fundum habe. \* Nec dubium est, in eo quod testator prælegauerit, imputandam esse quartam. d. l. Titia. §. eod. sicut & prius imputatur in fructibus, quos iudicio ipsius testatoris præceperit. l. in fideicommissariam. j. tit. ij. qua de re à me alibi diffusè scriptum est. l. centurio. de vulg. Idemq; & certius, quãdo testator ipse declarauit, quid imputari in quartam velit. Illud enim prius & ante omnia est hæredi relinquendũ. d. l. quod autem. d. l. cum quo. in fi. Sed quid si hæres aliquid alienauerit & Bar. simpliciter ait, illud prius Trebellianicè imputandũ

23 esse. d. l. Marcellus. §. res quæ. \* Sed si hoc admittamus, reperta erit fraus legi. quia hæres alienando, non quartam de singulis rebus, secundum formam legis: nec in vna, secundum arbitriũ iudicis perciperet, sed ipse eligeret. Vnde Doctõ. negant ualere huiusmodi alienationem, si fideicommissum sit purũ, vel dies

cesse-

cesserit. l. fi. §. sed quia. C. com. de leg. Abb. c. Raynal. col. pe. de testa. Debet enim tali casu familia heredis iudicio sibi conferre. l. ita tamen. §. ex Trebellian. j. tit. ij. Quod & Bal. ait, cum hæres moriens rem hæreditariam alteri legasset. Non enim ualeret legatum, nisi pro quarta parte, in qua detractio locus fuit. neque eligere potuit, cum fideicommissum iam incipiat esse præsens. Bal. d. l. filium quem. col. xj. vers. vltimus. quarto. Ego Barto. sententiam indistinctè defendi posse arbitror. quia lex simpliciter loquitur. d. l. Marcellus: §. res quæ. & quia hæres alienando, facit vt restituere rem non possit. Vnde solũ ad litis æstimationem tenebitur, cum culpa, non dolus hoc casu arguatur. l. si culpa. de rei vend. §. j. Inst. de off. iud. uerbo, sine frustratione. Nam & emptor ipse in euictionis iudicio, nõ ueltra æstimationem litis uidetur obligatus. l. ij. §. item queri. de reb. eo. l. si seruus. de euict. quod alibi disputauit. l. uinum. uerbo, æstimatio. vers. scilicet. fortius sentio. si cer. pe. Et lex Iustiniani alienationem prohibens, de ea quæ propter legem Falcidiam fit, non potest intelligi. d. §. sed quia. vbi Doctõ. Tertior tamen Bar. sententia est. uide de fideicommissio. conditionali agitur, & pendente conditione hæres alienatur. Nam tunc clarum est ualere alienationem. d. §. sed quia. & §. sequenti. nec tenetur ipse expectare euentum conditionis, sed statim potest suã quartam deducere, & in vna re eam eligere; ne si de singulis partè abscederet, uilitas patrimonij imminueretur. d. l. ij. C. quãdo quarta par. Quæ receptissima est sententia, secundum quam à Bal. Alex. alijsque responsum extat. Bal. consil. clxxxij. Alexan. cccxliij. in ij. Aret. xix. & mihi quoque placet, ne emptor inquietetur, si aliter consilium esse fideicommissario potest. Nã & quilibet bonus uir arbitraturus esset, nõ temere manus ad tertium possessorem porrigendas esse. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. de re iud. si consilium esse aduersus debitorem creditõribus possit. Quod si non possit, secus est. vt quia meliora dederit, & sibi retinuerit deteriora, quæ nunc uelit restituere. ueluti quod Angg. & Alex. scribunt, si alienauerit quæ tunc loco sita erant, & uelit restituere quæ periculo alluionis, aut inundationis aquarum subijciantur. glo. l. ij. uerbo, suspectum. sol. mar. uel quæ malum victimam habeat. l. si contenerit. in fi. pro hoc. siue rixofum, aut aliã proximis dolo fecisse, qui talia prædiã tantum reseruaauerit, sicut qui meliora omnia alienat. l. ommnes. §. Lucius. quæ in frau. cred. uel qui ex singulis decidit

N 4



do patrimonium inuimuit. d. l. ij. C. quando & quib. quar. pars. vel ita illud intrincaerit, vt quid in eo sit, discerni nequeat. l. 29 summa. de pecul. \* Huc quoque pertinet, si res alienauerit, que alteri specialiter legata fuerint. Non enim eas eligere, & in quartam imputare potest. d. l. ij. C. quando & quib. si aliunde suum seruare potest. l. pater. ij. responso. de leg. ij. Castr. consil. cccxlv. in primo vol. quod Alexan. hic tradit, & receptissimum est. l. as. d. l. filium quem. col. vij. Quia ratione nec in rebus alienari prohibitis, & in casum alienationis alteri relicta, deductur Trebellianica. l. filius. f. diu. vbi l. as. vij. notabili. de lega. j. Quod hodie certissimum est. auct. sed in ca. vbi Bal. C. eo. Sed qd si haeres nolit sibi quartam in re alienata imputare, sed malit precium quod accepit conferre, & de singulis rebus, vel alibi quartam deducere: & non esse audiendum arbitror. Nec enim precium ipsum esse hereditarium, vt fideicommissarius do dicitur suum in eo recipere teneatur. Quod si rom alienatam redemerit, an hoc possit, vt eam fideicommissario obtrudat? Et Imol. hic posse existimauit. quod & hic Roma. probat. soluit enim speciem, ad quam tenebatur. l. si fundum per fideicommissum. in princ. de leg. j. Quae sententia receptor est, & nobis placet: licet Ang. & Alex. quadoque dissentiant. d. f. res quae. nec enim ex prima alienatione ius aliquod fideicommissario quae situm videtur potest. l. ij. de seru. expor. ideoque nihil impedit, quin redimi res possit. arg. l. ex hoc. f. si quis. de alic. iud. mur. Sed pro quo precio rem alienatam imputabit? puto in communem estimationem. id enim verum est rei precium. l. in lege vltima. in fi. s. eo. Nam sicut si plures alienasset, hoc fideicommissario non proficeret, sed industrie haereditas tribueretur. l. ij. in princ. s. eo. ita si minoris iusto precio distinxit, ipsi haereditas non autem fideicommissario nocere debet: idque & Oldra. 30 ex facto respondit, consil. cvij. \* Ceterum addit hic Bart. huiusmodi alienata in imputationem Falcidiae post fructus esse. tunc ergo imputabuntur Falcidiae, si haeres tot fructus non perceperit, qui Falcidiae sufficient. Etenim, \* constat fructus pedente fideicommissi conditione ab haerede perceptos, Trebellianice imputari. l. in fideicommissa. j. tit. ij. nisi is haeres ex liberis primi gradus sit, in quibus specialiter traditum est, talem computationem non admitti. d. l. iubemus. C. ad Treb. sed eorum iureo cedere. Sed quid si haeres malit quartam in rebus hereditariis, & fructus, seu eorum precium restituere? Et Iaco. Oldr. Ray. Pau. censuerunt, id haeredi concedendum esse, quia lex ei quartam

tam in corporibus hereditariis in primis assignat. d. f. haeres ex asse. in d. l. ita tamen. j. ad Treb. idq; & Clau. probat. At Bar. Imol. Raph. Pont. aliter sentiunt, & etiam inuito haeredi fructus in quartam cedere existimant. Ego si haec commode in corporibus hereditariis satisfieri possit haeredi, priorem sententiam sequor. alias in posteriore transeo. \* Addit Soc. cum testator alienationem extra familiam prohibuisset, vt in familia relinqueretur: si haeres alicui ex familia donauerit, talis alienationem illi in quartam non imputari. Soc. d. f. res quae. & consil. cxliij. in iij. mouetur quibusda rationibus satis leuibis, & quas recentiores vbiq; improbant hic, & Crotus in repetitione d. f. diui. Illa est probabilis, quod donatarius hanc rem non ab ipso haerede censetur habuisse, sed a testatore. l. vnum ex familia. f. j. s. de leg. ij. Ergo non debet haeredi imputari. l. pater filium. s. eo. vbi Alex. nec refert quod suo nomine donauerit. l. si tibi dederim. de dona. cum electio ad se pernerit, huius electionis respectu videtur ipse dedisse, licet iuris intellectu testator. Quid si haeres ob res alienum testatoris alienauerit, an noceret id fideicommissariis? Et si fideicommissum sit purum, non puto eis nocere, nisi consenserint. d. l. si fundi per fideicommissum. vel iure creditoris euictus sit fundus. l. j. C. debi. vend. pig. habet enim creditor hypothecarius electionem illi. creditoris. de distr. pig. s. l. filius. f. diui. de leg. j. quod electio non magis est haereditas, quam fideicommissarij, cum uterque pro rata ad pecuniam teneatur. l. j. & ij. C. ad Treb. Quid in fideicommissio conditionalis? & videretur idem dicendum, quod de alienatione ex causa Trebellianice facta s. diximus. nu. xxviiij. versic. certior tamen Bar. vt liceat haeredi pro are alieno dissoluendo alienare. d. l. pater filium. in princ. de leg. iij. eaq; sic alienata diuuant fideicommissum. d. f. res quae. nisi mala fide facta sic alienato, vt s. dixi. & quia aliunde potuisset satisfieri creditori 34 bas. \* Vnde si haeres inuentarium non confecerit, presumeretur potuisse satisfieri, & retractabitur alienatio. quod Bar. censuit. d. l. pater filium. & ex facto respondit Soc. consil. l. col. h. in iij. idque puto simpliciter verum, siue non confecerit, quia noluit: siue quia lege municipali sublatum esset inuentarij beneficium. Pan. Cast. consil. cccxxij. col. ij. in j. vers. ij. casu. Non enim ideo debuit illud non conficere, ne alias videretur pecuniam hereditariam supplasse. Bar. l. in ratione. f. quod vulgo oppo. pen. 31 col. iij. nu. ij. s. eodem. Videamus \* nunc quid de legitima iure naturae debita respondendum sit, an vna in re deduci possit. Et

constat legitimam hanc ex ipsa substantia patris deberi. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. test. & non in vna certa res, sed ex singulis rebus trientem eum deducit. gl. c. Raynaldus. de testa. ver. bo. portiones. Non ergo aut ipse eligere vnam rem, aut haeres scriptus, nisi ex communi consensu possunt, sed iudicis officio res sunt assignandae. l. ij. §. fam. et. c. §. p. e. Infr. de off. iud. leg. q. est communis sententia. Alexand. d. §. res qua. consil. cxv. in j. canonista. d. c. Raynaldus. Nec me mouet quorundam ratio, quod filius in legitima creditor sit. l. si patronus. de donat. l. si quis legatus. vbi gl. verbo, non posse. de fil. ergo debet posse eligere. d. l. creditoris. de distract. pig. Addunt alij, Picus hic, & quidem hypothecarium creditorem esse. Nemin pro legato lex hypothecam inducit. l. j. & ij. C. com. de lega. quanto magis pro legitima? R spondeo creditorem impropiet esse, & hypothecam nullam pro supplemento legitima dari, cum hypotheca secundum voluntatem testatoris detur, at supplementum contra voluntatem accipitur. Ball. si pater. quaestione v. C. de infr. & substi. Moder. l. si ex toto. de lega. j. vbi Soc. Ideo quae ad supplementum non actione ex testamento, sed conditione ex lege agatur, quae merè personalis est: quod alibi docuit. l. j. nu. 36 xlvj. de leg. j. Hincque inferitur, non posse filij propria auctoritate aliquam rem pro sua legitima occupare. d. l. j. C. quado & quib. vbi Bart. nu. iij. Quo d. si fecerit, satis defendi potest, incideret in constitutiones, quae vim spoliationum ponunt. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quod hic aliqui disputant. Moder. c. sepe. de resti. spol. Non procedunt supra scripta, quando pater filium vniuersalem heredem scripserit, & fideicomisso grauasset. tunc potest aliquam rem alienare, quae sibi in legitima imputetur. glo. in auth. de resti. & ea quae verbo, alienari fecerit, cum ea quae supra diximus. d. l. Marcellus. §. res qua. j. tit. l. j. inf. d. §. dmi. octauo nota. Potest & sibi ipsi solueret, cum sit creditor, & vna rem deligere. l. fistulas. §. j. de cotrah. empr. Bar. d. l. Marcellus. Non procedit rursus, quando pater filium in legitima instituit, quia propter vim verbi, institutio, censetur esse permissum, ut propria auctoritate rem accipiat. Bar. nu. ij. l. ex facto. de hered. infr. Ideo q. in penas violenti possessoris non incidit. l. non est dabitum. C. de lega. vbi Alex. & Inf. Ball. si quis in suo. C. de inoff. testa. nisi tamen haere de vniuersali existente in possessione, ipse hoc faceret. quod Curt. respondit. Curtius Senior conf. xij. col. iij. Putarim ego tali casu, quo rem aliquam pro legitima accepisset, ipso iure tutum esse filium in tertia eius parte:

in reliqua verò, iure exceptionis, ut eam retinere possit, nisi haeres vniuersalis reliquarum rerum tertiam ei praestet. arg. l. si ex pluribus. §. eo. Defendi tamen Curtij sententia potest, cum manu armata, vel aliter heredem filius deiecit. l. non est singularis. de reg. iu. Sed & illud receptum est, posse patrem filio pro legitima sua corpus aliquod haere ditarium testamentum suo assignare. §. haec autem. vers. ceterum. auth. vt cum de appell. vt si heredem eum in certa re instituerit, lex enim simpliciter requirit, vt ex substantia paterna ei triens detur. d. §. repletio. in l. scimus. C. de inoff. Quod tamen intelligendum, dummodo pater ei non assignet res deteriores, sed aequè viles, atque illae sunt, quae haeredi remanent. §. j. auth. de trie. & sem. Vnde si res aliquas assignet, quae onus annexum habeant, non cogentur tali iudicio acquirere. l. si libertus patrono. ij. verfic. quid ergo. de bon. liber. etiam si deducto onere, integer sibi triens saluus esset. vt Bal. censuit. d. l. scimus. dixi in l. j. de vulgar. Ego aequalitatem hanc à Iustiano inter ipsos filios assignari scio. d. auth. de trie. & sem. respectu verò heredis vniuersalis lex nihil loquitur, quia si filijs pro legitima res relinquatur, deteriores vtique & minore precio censentur. nec enim vltra aestimabuntur, quam vendi possint. l. j. §. si haeres percepto. j. tit. ij. debebitque haeres tanto amplius supplementi nomine prestare, tametsi negari non possit, aequissimam esse Bald. sententiam. Sed an in pecunia ei legitimam assignare poterit & si pecunia sit hereditaria, non est dubium posse. De ea enim idem quod de corpore hereditario iudicamus, quod Bald. ex facto respodit, & Fabianus refert. Fabianus athen. nouissima. j. q. C. de inoff. testa. Qua ratione & in fructibus, qui in hereditate reperti sunt, assignari legitima poterit, vt frequentior habet sententia, in l. centurio. vbi dixi. de vulg. Idem q. si non sit haereditaria, dum tamen de ascendenti legitima tractetur, quod idem Bal. scripsit. c. si pater. de testa. in vj. vbi Peru. col. viij. illis enim commentio potius iure, quam naturali ratione legitima debetur. Bal. l. j. §. ius naturale. de iudi. & iu. Sed ego hanc differentiam non temere soleo sequi. Addit alibi generaliter idem Bal. in legitima quoque descendenti eundem esse. Bal. d. athen. nouissima. & consil. cxvij. in v. Fab. d. auth. 38 Na & idè videmus in Trebellanica, quae haeredi indistinctè in pecunia assignari potest. d. l. deducta. §. nummis. ad Trebe. Alias nec licere patri debuit, vt filium ad corpora hereditaria vendi, & imputari. d. l. qui fundū. d. l. dignū. Nec mouet, quod



quod lex velit ex substantia paterna legitimam solui: quia scit  
 cut cui pars bonorum relicta est, estimationem accipere tene  
 tur. d. l. non amplius. §. si. de leg. v. ubi glo. fin. Pet. Rayn. Bald.  
 Albe. Raph. ita et cui pars substantiæ. l. ij. §. iubet. vers. sed & si  
 tantum. de coll. bo. dixi. l. ij. §. si. cer. super verbo, solui nō  
 potest. in iij. limita. Nec est verisimile, legem que supplet legi  
 timam ex substantia. d. §. repletionem. voluisse etiam volun  
 tati testatoris derogari, qui pecuniam solui maluerit. Et cum  
 expressē cautum sit, certam rem a testatore sibi relictam cogi  
 filium accipere, & legitimam imputare. d. §. hec autem. vers. ce  
 terum. non subest probabilis ratio, cur & pecuniam accipere  
 non teneatur, quæ loco rei succedit. Arbitrorque ego hanc  
 sententiam veram esse. d. l. omnimodō. §. & hoc quidem. C. de  
 inoff. test. verbo, aliquam quantitatem. licet Barto. & alij in cō  
 trariam partem tanquam receptionem transferint. Barto. l. sius  
 quoque. in fin. prin. de hæred. insti. la. d. l. non amplius. §. fin.  
 Dec. consi. lxxxj. col. fi. adeo vt nuperrimè aliqui responderint,  
 nec pensionem quidem super bonis hereditarijs constitutam,  
 teneri filium accipere. Stephanus Bertrand. consi. lxxxij. lib. ij.

39 Quod de testatore dictum est, ad iudicem quoque producitur,  
 vt possit iudex, si sibi æquum videbitur, in vna aliqua re le  
 gitimam filio dandam arbitrari. d. l. ij. C. quando & quib. si ta  
 men iniquè arbitratur, non erit deneganda appellatio. l. si qua  
 pœna. de verb. sig. Caterum dubitandum non est, filio volenti  
 posse legitimam in qualibet re solui, adeo vt si filius pecuniam  
 sibi testamento patris relictam acceptauerit, eam absque dubio  
 legitimæ imputet. quod Old. respōdit, consi. cxij. & clxxj.

NE IN QUARTAM EI COPUTENTUR. \* Sed quid  
 40 imputabimus quartæ iure natura debite, que hodie est triēs?  
 athen. nouissima. C. de inoff. testa. Et differ hæc à Falcidia,  
 vel Trebellianica: quia illæ ex causa testamenti detrahuntur:  
 ideoq; in eis non imputatur, nisi que ex testamento descendit.  
 & hæc quartæ ex ratione naturali debetur. l. fin. j. de bo. dam.  
 que filium à patre ali. voluit. c. ius naturale. §. disti. & post mor  
 tem loco alimentorum trientem ei dari. Bar. nu. vj. col. iij. l. Ti  
 tio centum. §. Titio genero. de cond. & dem. Meritò in eum  
 etiam, quod extrinsecus à testamento venit, imputatur. Nec  
 mouet, quod filio omnino aliquod iure institutionis relinque  
 dum est. §. aliud quoque. in athen. vt cum de appel. quia hoc  
 verum est, vt testamenti forma seruetur. l. antepenul. de lib. &  
 posthu. Quod verò ad legitimam hæc attinet, quilibet titu  
 lus

lus sufficit. d. athen. nouissima. l. Papinianus. §. si quis mortis.  
 de inoff. testa. quod & Bar. hic sentit. nu. x. Constitutum ergo  
 est hic regula, vt quicquid ex substantia patris recipitur, in  
 hunc trientem imputetur. d. §. repletionem. & l. omnimodō.  
 in fi. C. de inoff. test. quod relicti titulo habeatur. d. athen.  
 nouissima. etiam si ex causa donationis, sed inutilis, que sola  
 morte confirmetur. Doct. l. filium quem. C. fam. hercis. l. antep.  
 C. de do. inter vi. l. si donatione. C. de coll. dem etiam si datio  
 sit utilis, & inter viuos: dum tamē ob causam facta sit, vt dotis,  
 donationis propter nuptias, vel militia. l. quoniam nouella. d.  
 l. omnimodō. §. fi. Quæ regula etiam in quarta patrono debi  
 ta procedit. l. etiam. §. pen. de bo. libe. argumentamur enim in  
 his tanquam similibus, nisi quatenus euidens aliqua ratio differe  
 rentia nos repelleret. Videtur autem ex substantia patris  
 processisse, quod eius contemplatione relictum est filio. l. sed  
 si plures. §. in arrogato. de vulga. Vnde cum frater meus filiam  
 meam dotem contemplatione meæ distulset, respōsum à Castris est,  
 atque Alex. extat. debere illi in legitimam imputari. Cast. consi.  
 fil. cxx. si dicta Cornelia. Alexand. clxxx. in v. nam profecticia  
 dos est, que patris contemplatione datur. l. profecticia. §. de  
 iur. dot. & lex etiam, quod ex occasione datur, imputat. d. l. om  
 nimodō. vbi Sali. verbo, occasione militia. Rursus videtur ex  
 substantia patris profectum, quod alterius fuit, qui patri con  
 sensit, vt res præstari possit: veluti si pater filio fundi alienum  
 legauerit, & domini consensu si præstetur. nec enim dubium  
 est, à patre profectum videri. l. non dubium. §. fin. de lega. iij.  
 quicquid Picus hic dixerit. Si ergo filius acceptauerit, imputa  
 bit. An verò acceptare teneatur, supra disputauimus, numero  
 41 xxxvij. versiculo, & cum expressē. \* Sed & beneficiaria em  
 phyteuticaque videtur ex substantia patris proficisci, ideo  
 que imputari deberi. Aut enim loquimur in feudo, quod  
 pro se & hæredibus pater sit stipulatus: & absque dubio res  
 procedit, omnesque consentiunt. Bal. d. §. imputari. in l. omni  
 modō. C. de inoff. test. Aut de eo querimus, quod patri & filijs  
 questum sit: & cum contemplatione patris etiam filijs con  
 cessum sit, subest eadē ratio imputationis. Tale enim feudum  
 nouum est. c. j. de alie. feud. pat. in v. sen. in quo pater filijs si  
 velit obesse potest, puta, illud alienando. Alex. consi. xxvij. in  
 v. vel in manibus domini eiurando. Bald. consi. cxxv. proponi  
 tur. in ij. Sicut ergo militia à patre acquisita imputatur. d. l. om  
 nimodō. §. si. ita & tale feudum, quod non aliud quam milita  
 est,

est. Alexan. l. si patroni. in princ. j. tit. ij. Quod si feudum antiquum est, quia non ex patris, sed ex primi clientis prouisione queritur: secus esset, nec ex paterna substantia haberi cense retur, quod Ange. Raph. Paul. tradiderunt. & Alexan. respōdit. Alex. con. l. vij. lib. iij. lxxix. in iij. Et ego verum esse arbitror, nisi beneficium hoc antiquum, pro se & heredibus concessum esset. cum enim filius illud consequi nequeat, nisi sit patris hæres. Bar. nu. iij. l. vi. iurisurādi. §. j. de op. lib. apparet patris cōtemplatione deferri, ideoq; & imputari. Alex. xix. & xxvj. li. v.

42 Sane\* & quod conditionis implendæ causa ex bonis testatoris hæres filio dedit, imputandum esse, Bart. hic sentit: vt si quis hæredem Titium instituit, si filio certum fundum, vel pecuniam hereditariam dederit. d. l. etiam. §. penul. Nec enim tūc filius aduēticio casu habere videtur, quia aut non adimplebitur conditio, & filius ab intestato totum capiet. aut adimplebitur, & certus est legitime suæ, non autem fortuito eam consequitur: idque & Fulg. sentit. d. §. repletionem. & Ange. hic tradidit: quoties corpus hereditarium, causa implendæ conditionis dandum est, quāuis aliud Accursio visum sit. glo. ff. d. si litem quem. vbi Bal. in v. opp. & Imol. Alexanderq; dissentiūt, & generaliter velint datum causā conditionis implendæ, non imputari, tanquā aduēticio, & incerto iure debitum. d. §. repletionem. l. Paulus. j. de reb. dub. Quæ sententia defendi potest, cum conditio nō in heredis, sed in legatarij alienius personæ concepta est. Alioquin durum est, non esse saltem exceptione tutum heredem, qui conditionem adimpleuerit, & filio soluere. arg. l. Nefennis. §. eod. Et hæc quidem secundum

43 regulam procedunt, ex cuius verbis apparet, excipiedos esse duos casus. Primus est, vt quod ex substantia patris nō capitur, legitime nō imputetur. d. §. repletionem. Hinc est, quod filius qui fratri pupillo ex pupillari substitutione successit, illius hereditarij commodum, legitime nō imputatur: quia non propriæ patris illa est hæreditas, sed fratris. l. iij. §. veteres. de acqui. poss. vbi not. Sic & quod pater fideicommissio post mortem rogatus restituerit filio tenetur, in hanc rationem non veniunt: quia non ex substantia paterna, sed primi testatoris procedit. l. cogredi. §. cum filio. de vulg. quod ego arbitror verum, etiā si pater alij potuit eligere: nō enim ideo minus à primo testatore res descendere censetur. d. l. vnum ex familia. de leg. ij. d. l. pater filij. §. eo. Quæ ratione & si pater grauatus sit, quod supererit restituere, quarta fideicommissi nō imputabitur.

authen.

authen. contra rogatus. C. ad Treb. Et generaliter lex diffinit, id quod ex substitutione accipitur, si ex paterna substantia non sit, haudquamquam imputari: quibus verbis apparet, quod ex vulgari substitutione capitur, imputandum esse: quia illud ex paterna substantia est, & pro rata legitime conditio rejicitur. d. l. quoniam in prioribus. quod ego verum arbitror, etiam si vulgaris substitutio in legato rei paterne facta sit: licet Barto. aliter censuerit. Bart. j. q. vi. & consi. xxv. ij. nu. ij. Subjicitur ibi d. §. repletionem. & quod iure accrescendi capitur, nō imputari. quod intelligendum, si ex paterna substantia non sit. vt quia legauit filio fundum, cuius solam proprietatē habebat, vel reliquit filio portionem prædij, sibi ab aliquo coniunctum legati, & collegatarij repudians. §. si eadem. In situ. de legat. Quæ ratione si filius, cui actio ad supplementum competeat, interim heredi, vel legatario successerit, id quod hoc nomine capit, legitime non imputabitur: quia non à patre hoc habet, vt Bart. ait. in si. sed legis beneficio. l. qui fundum. §. qui filios. §. eo. l. si fuerit. §. j. de lega. iij. confunduntur tamen actiones, quatenus ille cui successit, sibi debebat. l. debitori. C. de pact. Ceterum & si pater aliquid filio debuit, puta maternā dotem, vel quid simile, id non imputabitur. nec enim ex paterna substantia est, quod Bal. respōdit, consi. lvij. quia illud. j. vol. Sic & quæcumq; aduēticia, que filius acquisiuerit, ad legitimam non pertinent. vnde & lucrum à filio factum ex paterna pecunia, non imputatur, quatenus aduēticiū est, id est, quatenus arbitrio iudicis industrie sue deberi visum erit. Soc. consi. xcij. in j. Corne. lvij. in iij. vel quatenus lucrum illiciti fuisse. l. quod seruus. de acqui. poss. vel eo tempore à filio factum proponeretur, quo patria potestate esset liberatus, puta, emancipatione. l. si. C. de coll. Bal. d. §. imputari. vel morte, vt quia post mortem patris ex pecunia hereditaria esset negotiatus. qd Bal. ait, qd si filius nomine patris semper negotiatus fuisse, tūc id lucrum profectitiū esset, ideoq; imputaret. l. si procurator. j. de acqui. re. do. quod Bal. Ang. Ponta. respōderunt. authen. ex testamento. C. de coll. Ang. consi. lxxxv. Rom. cccclxix. Hincq; inferitur, vt multo minus castrensē peculij sit imputandū. Cōstat enim castrensia non cōferri. l. j. §. nec castrensē. de coll. bo. vt merito nec imputari debeat. quod & ad quasi castrensē extendunt pleriq;. Vnde impense que pro doctoribus in suis sunt, non imputantur, nec libri qui doctoribus à patribus comparantur, nec que quis impendit, vt filius ad sacerdotium, eccle-

cle-



clesiasticâq; dignitatem prouehatur. siue quia hæc iure quasi  
castrensis peculij censentur. Doct. l. sacrosancta. C. de sacro-  
sanct. eccle. Barto. l. j. §. nec castrense. col. ij. nu. iij. de coll. bo.  
siue quia propter ipsius dignitatis onera videtur dari. d. l. j.  
§. nec castrense. vers. sed an id. Alter est casus, cum non testa-  
mento, sed inter viuos pater aliquod filio dedit: nec enim hoc  
imputatur. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. sicut  
nec in collatione venit. l. illud. in fi. C. de col. censetur enim  
ex mera liberalitate profectus esse. Donatio ergo quam pater  
filio emancipato facit, vel ei qui deinde emancipatus est. l. siue  
emancipatus. C. de dona. in legitima ratione non venit. Idemq;  
si filio in potestate facta sit, dum iuramentum accesserit. nec e-  
nim aliter valerit. l. ij. C. de inoff. do. Alexan. consil. viij. in ij.  
Quod procedit, etiam si eâ fecisse pater affirmauerit, propter  
benemerita. hæc enim causa facit, vt tanquam quid aduenti-  
tium existimetur. l. cum oportet. C. de bo. que lib. vt Barto. hic  
ait: tantum abest vt cotrarium imputationis effectum opere-  
tur. Rursus procedit, etiam si in magna inæqualitas inter fra-  
tres induceretur, quod Accur. tradidit. gloss. penult. d. l. illud.  
Quæ sententia receptior est, nisi cum talis donatio tanquam  
inofficiosa argueretur. tunc enim potius in legitimam esset  
imputanda. authen. vnde si parens. C. de inoff. test. Rursus pro-  
cedit, etiam si pater donare se in premium emancipationis di-  
xerit. Bart. l. peto. in fi. prin. de leg. ij. Alexan. consil. in ij. l. in  
vj. non enim ideo minus pura liberalitas est. l. si. C. de emanci-  
pato. libe. verbo, liberalitatis. nec ideo hæc donatio ob causam est,  
quod causa hæc fauorem donatarj respiciat. l. j. de dona. vbi  
Cast. Aret. consil. xvij. qui si ob premium habet, suo iure habet,  
44 videturque pater consensum eius\* (inuitus enim emancipari  
non potuit) remunerasse. l. penul. C. de emancip. lib. Hæcque  
est communis sententia Doct. l. vt liberis. C. de coll. quam &  
ego sequor, cum scilicet remunerandi huius consensus causa  
datum esset: alioquin aliud esset, vt infra dicam. Sed quid si do-  
natio inualida esset, vt quia facta filio in potestate, absque iu-  
ramento: & tunc morte confirmaretur, & in vim donationis cau-  
sa mortis, seu legati valeret. glo. auth. ex testamento. C. de coll.  
l. antepe. C. de dona. inter vi. ideoque esset imputanda, quod re-  
ceptor habet sententia. Alex. d. consil. viij. & xxvij. in v. Corné.  
l. xij. l. xiiij. in iij. Quod intellige, si sequuta sit traditio. l. Papi-  
nianus. de dona. inter vi. l. j. C. si quis ait. quia pater donando,  
& traditioni vsque ad finem acquiescendo, videtur vim contra-

ctus

ctus in tempus mortis cõferre. d. l. etiam. §. sed & si nõ mortis.  
45 de bo. lib. cum ergo naturam legati seruet, imputabitur.\* Sed  
an conferetur: & constat non conferri, quia legata non confe-  
runtur. l. ea demum. C. de coll. glo. d. auth. ex testamento. Et quia  
in casum mortis censetur collata, & sic in tempus, quo patre po-  
testatis impedimento nulli subest. l. quodcumq; §. j. vbi di-  
xi. de verb. obl. Et quæ sita tali tempore non conferuntur, siue  
in eum casum expressè collata sit donatio. l. si donatioe. pri-  
mo responsio. C. de coll. siue tacite. l. filia cuius. & ibi gloss. in  
fi. C. fam. hercil. Quod si donatio fuerit præsens, & traditio nõ  
interuenerit, nõ confirmatur, sed nulla remanet. d. l. Papi-  
nianus. ideoque frustra de imputatione, aut collatione tractare-  
46 tur. d. l. si donatioe. ij. responsio. \* Ceterum & relicta testa-  
mento nullo, quod ex clausula codicillari sustinetur, vel in  
vim donationis causa mortis valent, semperque imputantur,  
cum ex vltima voluntate debeantur. Cor. consil. l. xij. in ij. Sed &  
dubium non est donata imputari, quotiescumque ea lege facta  
est donatio, vt imputet. d. §. & generaliter. d. l. etiã. §. pe. d. l.  
illud. in fi. quod Bar. hic ait. Idemque si dictum sit, eas res illi  
pro sua parte donari. Corn. d. consil. l. xiiij. in ij. cum sua pars ni-  
hil aliud sit, quam legitima pars. d. l. scimus. in princ. vbi Bald.  
Idem si simpliciter res data filio est, nec expressum fuerit,  
quod donaretur. Bar. l. j. §. si parens. si quis a pa. fu. manu. Alex-  
and. d. l. illud, quæ sententia certior esset, si res data legitime  
æquivaleret: sicut supra in computatione Fal. diximus. l. cum  
quo. §. si. §. eo, quod Soc. ex facto respondit, consil. xvij. in iij.  
Idem si dictum sit, dari pro alimentis aliquid annuum. quid e-  
nim hoc à militia differet. d. §. imputari. in d. l. omnimodo. C.  
de inoff. test. Qua ratione idè videtur, si dictum sit, in præmi-  
um emancipationis dari, & appareat id propter alimenta factum  
esse. quo casu defendi veterum sententia potest. Iaco. Oldr.  
47 Nicol. d. l. vt liberis. Bal. d. l. illud. \* Cum enim legitima ipsa,  
loco alimentorum subrogata sit: vt supra vidimus, nu. xl. in  
princ. Bar. d. §. Titio genero. apparet hoc casu cessare ratio-  
nem donationis merito & donatio, tanquam ob causam imputa-  
bitur. d. l. quoniam nouella. exoneravit enim se pater ab ali-  
mentorum præstatione. Idem si pater filio aliquid donasset,  
hoc actò vt hæreditati suæ renunciaret. satis enim arguitur vo-  
luntas imputandi, quod Sali. censuit, & Alex. hic refert. Sed &  
cum auus dotem dat nepti, adiecto vt nihil vterius petat, satis  
censetur egisse, vt in legitimam sibi imputet, nihilque hoc no-

O

mine

mine à patre suo petat. l. si adulta. C. de hære. act. vbi Bal. & Sa-  
 li. Ceterum & donationem propter nuptias, vel ex dotis cau-  
 sa factam, certum est legitimam imputari. d. l. quoniam novella.  
 nec enim tunc potest capi præsumptio meræ libertatis. l. rem  
 legatam. de adim. leg. cum officium paternum sit, dotare filias.  
 l. si. §. neque enim. C. de dot. prom. l. qui liberos. de rit. nupt.  
 Quod procedit etiam si mater id faciat. videtur enim succe-  
 dancam se obligationi paternæ præstare. filia certè ex mera li-  
 beralitate nihil habet, cum omnino sit dotanda. quæ Bald. &  
 recentium quorundam fuit ratio. Qua ratione & vestes, & ar-  
 millæ, cæteraque huiusmodi ornamenta, quæ filiæ nubenti  
 dantur, sunt imputanda, cum causa nuptiarum dentur, & dotis  
 appendices sint. quod Castr. tradidit, & non semel Alexan. re-  
